GILBERTUS UNIVERSALIS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dicat. Excitauit pater ad usum me corda iu
deorum. circumdederunt cohortes. ut non egrediar
de manibus eorum donec impleant uaticinia
prophetarum. Exclusit orationem. hanc scilicet pater
si fieri potest. transeat a me calix iste. Secta
quoque concludit dogmatibus hereticorum uallat
suppliciis persecutorum. quod deplorans totum
deo tribuit. cuius iudicio fit. Aggrauauit com
pedem meam. i. inmanitate tormentorum. uel
deceptionum. quod frequenter contigisse ne
mo dubitat. Suam quoque exclusam gemit ora
tionem. dum ad probationem diuinum auxilium
differt. sed non aufert. sed habet anchoram.
i. spem suam fixam in celo. ne humanis fluctibus
submergatur. Conclusit uias meas lapidibus
quadris. i. itinera scripturarum sanctarum quadratis
phylosophorum eloquiis. ne recto tramite
fidei. cuius adoptatam perueniant patriam.
Semitas meas subuertit. subtilissimas
scilicet diuinarum rerum intelligentias.
sectarium dogmate subuerti permisit. Mor.
Circumedificauit et cetera. Anima cui iam
retributio quam gymel significat. pro